...ciolai Eudoxia.

EVDOXIA INTER FESTIVAS GESTIENTIVM ACCLAMATIONES.

PROPENSOS RITE FAVENTIVM APPLAVSVS.

PALMAM IDVMÆAM

SINE SANGVINE, SINE PRÆDA. TRIVMPHANTI DELATVRA FAVENTIBVS.

SPIRA.

Palma datur, descende Quies spectator AD ARMA,
Queis opus est armis: scis quibus hic opus est,
Arma fugit longaeua Quies, quorsum arma reposcis?
Nuda Quies, nudo praelia, certa fuga.
Aufugiet, descende Quies, non bractea cingit
Pectora: non armo durior illa meo.
Armorum strepitus tollantur, bracteá cassis
Barbita bella canunt, & tuba bella canit
Tolle aciem, sepone tubas, noua pugna sine ense
Qualis erit: vultis discere, talis erit.

CRACOVIÆ,
In Officina Antonij Wośinski: Anno Domini, 1635.

Generoſo ac Venerabili Domino,

D. ANDREÆ CZYŻ, DVM IN ALMA VNIVESITATE CRAC. ARTIVM & Philoſophiæ BACCALAVREVS, ſolenni ritu renunciaretur.

NICOLAVS FATOWICZ. Art. & Phiæ. Bac. Fauſtitatem.

EVDOXIAM victricem & triumphatricem animorum, Generoſe & Venerabilis D. ſolutam illam & profuſam (quanquam non ſum vſus eo verbo quo decuit, non enim effudit ſed quidquid ad dignitatē pertinebat, liberaliſsime largita eſt) contemplandam affero. Iactabit Ennium antiqúitas in Scipionum tumulo ob ſagacitatem ingenij ſepultum, nos in Gloria, æuiterno virtutis monumento, virtutem tuam fixam locatamue demirabimur. In cuius dignitate amplianda, tacitus ego, nullus ego, Faciet Gloria, vt neq; de ſolida tua laude quidquam detractum, neq; falſo affictum eſse videatur. Ac non vereor ne aſsentatiuncula de officio noſtro quidpiam aucupari videar. Tacite enim dicenda dicentur. Neque etiam tuis es, qui quid ſis neſcias, vt non eos magis, qui te non admirantur inuidos, quam eos qui laudent aſsentatores arbitrere. Sed hæc parergos. Affero nō viuis expreſsa coloribus, ſed leuibus adumbrata lineamentis quidquid erroris affingetur. Gloria ſubeat hæc enim minui labefactariq; non poteſt. Si iniuriabiuur te non defendente ſe ipſa defendet, & tuebitur. Si de famæ dignitate detrahetur detrahatur. Gloria eſt. Famoſa affluens opibus, pauca &, nos detraximus maiora repetemus. Conticuerim.

CVM DRYADIBVS.

SYluicolæ Dryades primũ docuere tigillis,
Quæ curtas viridi fronde operire casas
Quêis mutilas sine frõde oleas, taxosq́; draco-
Et graciles ornos, crispat acuta manꝰ (nesq́;
Vellere vos lucos, si velitis arua Sabæa,
Furantur quidquid fertilitatis habent.
Cedite non segnes Libaniq́; Capharnia habetis
Non satis vt opus est, culta polita iugo
Vos solæ quos gestat Honos, sin gestat Honorē
Vestra Deæ gestat conchyliata manus,
Singula quid referã, neruo non segnis Apollo
Si caneret, sineret, parce, ego desierim
Vera canis sin te simulas, fingisue quid obstat
Dicta patent, hæc te non simulasse puto
Noui animũ nosti, nec me simulasse putabis,
Velle tuum nosco, nec mihi posse latet
Velle meum noscas, longæuaq́; tædia mentis
Solue meæ, quænam? dic modo tutus eris
In vestrũ sinite ire nemus, Palmãq́; trophæo
Quęrere Idumæam, hæc irrita, mitto tamē
Vt veni; tristis per deuia, & auia, quæro,
Quæro, meas PALMÆ ludit imago vices

 Hoc trahis

Hoc trahit, hoc retrahit, dehinc ſubſultibꝰ au-
Murmurat: hic ornꝰ, ducit in orbe gyros (ra
Sto veluti ac in ſcena Pugil, me ſcenica ludũt
Palma latet, taxi planta moleſta ſolo
Quærimus ô fruſtra Dryas adſis, nulla videtur
Nulla futura mea eſt, nulla futura tua eſt.
Quid faciã, quo vertar, Habes cõponito curas
Dia futura tua eſt, Gloria conſuluit.

O D E

TRICOLOS TETRASTROPHOS.

DEbita ſortitur Pietas, Pietatis & author
O Dea reddito mî, pro pietate mea.
Depræliatrix Gloria mentium
Honor Rhetæis impiger eſsedis
Multiplicato quam brabæo
Per medias docet ire lixas.
Quam nec fugabunt tela Dieſpitris.
Cuius fugabunt tela Dieſpitrem
Potens manu, ferroq; felix
Eumenides taceant, tacente.
Huc ô quietis indiga mens vocat
Regina mundi, ſi vocat, inuocat

Venis

Venis ligustrorum reclinem
Tardet honos licet, vsque cunis.
Nullius arctas, aure bibo preces
Surdâ, tumenti fronte nec insidet
Meo superbia o scelesta
Aduenio, adueniam quid optas?
Palmam. sed audax prensat inania,
Parce, nec audax es nec inania
Sectaris, huc virtus vocauit
Hæc eadem rata vota finit.
Scis Palma quorum? non latet, edoce
Tamen, Labori, merce perrennius,
Virtute mercatur, bene est hem,
Phæbus adest mihi testis otî
Phæbo fidem do. tela tamen cape,
Exhinc videbo si aptus eris Meis
Pugnabimus; tum signa contulit
Marte tamen facili spopondit.

DVELLATVRI.

CLasfica dãt rũpũtq; moras hic tympana pul (sat
Cõuocat illa suos, cõuocat ille suos
Bella mihi tecum, tibi mecũ, bella supersunt,
Tessera moxq; datur qua data ad arma ruũt.

PALMA IDVMÆA
PRÆLIANTI AN TRIVMPHANTI.

QValis erit tuus ille Pugil, ſic neſcia lixa
Dicebat, tollis nunc pharetrã hẽ pharetras
Militis huc delecta manus, ad ſigna vocetur
Gloria cui cordi eſt, Dixit & hanc habuit
Dux Pietas, ferroq; minax, vultuq; videres,
Spirabant trepidas lamina advſq; minas
At Labor armatus veſtigia lentus agebat
Signifer, ille Labor, munere quantus erit
Stat contra Ratio, & ſecretam gannit in aurẽ,
Hæc tibi luſus erunt, nõ tibi terror erunt.
Hæt tua ſunt, noſti, vidi; PIETASq́; LABORq́;
Deſtituit terror, ſi modo terror erat.
Arma tamen capio, virtutes arma videre
Nota, ſinunt pharetras; bractea tela faces.
Vt pronas vidit ſpeculãs Eudoxia ab alta,
O ſegnes animis, pugnane ſic geritur.
Riſus erat Faunis. Nymphiſq́; colẽtibus agros.
Non ſegnes animis; magnus adeſt animis
Noſter adeſt cõpacta fides, & dextera pridẽ
Fædere iuncta, age Mars nomẽ & omẽ habet
Signa damꝰ tuus arcus erit, fax tela pharetrę
Porrigimus iũctas, ad tua iura manus HOC

Hoc Duce sic Pietas cōite huic dominabimur
Ille meis nixus viribus, huius ego (armis
At Labor. excubiæ vos testor. Palma morare
Depropera arca potest addere nostra nihil
Dixerat hęc; sed & hæc, & multo plura volup
Gloria, Idumęâ tēpora frondecomat (est
Palma datur, fidum rigidæ thoraca Mineruæ
Quo potiaris hebes, quo patiaris habes
Hoc generosa Tuis bracchātur pectora nata
Pectora, pro Patriæ speq; opeq; auxilio
Non referā Bellona tacet, non bella, Mineruæ
Non tua silet Honos. O decus omne tuis
Signa sequebantur, salientes ordine turmæ
Cōpositoq; Meis, Dux mage quantus erit,
Arrisit ordo, pulcher ordo.

Hoc est, hoc vnum est, pro labori- bus Tantis.

NOn delicato ventilat essedo
Quem delicato nominis essedo
Euexit, inconcussa virtus
Hoc rigido sale defricauit.
Intaminatam prensat adoream,
Sed defricatā sumit adoream: Ergo

Ergo molesta, scis quibus, qui
Lassa solo posuere colla.
O quam decorũ dissona CZIZIUS
Audisnè dignis vocibus intonat
O quam decorum, quã volup, quã
Dulce lucrum capitur labore.
Salue ô venusta Palma, iamq; hero gaude.

AD AVGVSTISSIMAM STVDIORVM PROPAGATRICEM MARIAM.

Actum est, locauit Gloria in essedo hæc,
Non tuta, tutare, ibimus annuit
Sulcamus æquor tu rudentum
Scinde moras, animabo, dixit.
Somno decumbunt æquora, flumine
Exuberantis, quæ manus ingenî
Per sacra Musarum refudit
Atria, velificemur. Ibat.
Præsto es tuâ ope Maria, maria tranabo.